

in hac prophetia alia ratione Christum nitar invenire. Infra hoc ipso capite loquitur Propheta de suis pueris qui dati erant a Deo in signum et portentum in Israel; et de altero cui nomen erat Sear-Jesus superius dictum est, quo nomine salutem reliquiarum significari volebat Dominus. De altero vero jam hic loquitur, cuius nomen Israels devastationem indicabat, non solum illam quem proximè imminebat decem tribibus et regno Iudea (quam quidem paulò post passi sunt Iudei propter infidelitatem suam), verum etiam illam quam universi sunt experti propter contemptum sui Messie Fili. Dei veram salutem afferentes. Non itaque durum videatur cuiquam si dixerit hic, juxta historiam, Isaiae uxorem vocari prophetissam; et filium, Festinam direptionem.

VERS. 4. — AUFERET. Si passivè interpretaris auferet, planus est sensus; nam ethi interdum nominativo servit. Sin autem activè, Hebraismus est, id est, auferent (scilicet milites, vel homines) spoliū coram rege Assur. Ego tamen in eā sententia, ut jod in voce liphē sit affixum pronomē (reclamat licet Rabbini), sintque verba Del; ut sit sensus: Auferet strenuitatem Damasci et spoliū Samaria ante faciem meam rex Assur. Videntur itaque intercessisse inter banc et superiorē prophetiam aliquot anni. Nam haec revelata videntur Prophete uno anno antequam Assyrii Syriam devastassent et Damascum caperent: nondum enim infans illi primas voces infantum loqui incipientib; poterat efferre. STRENUITATEM. Supra dixi accipi interdum nomen hoc pro ipsi viris strenuis et bellicosis: milites ergo significat in captivitatem ducentos, et regua illa spolianda ad diripenda. Fato quoque opes, que strenuitate parantur, posse significare (1).

VERS. 5, 6. — PRO TO QUOD ABIECIT, etc. Etsi haec possunt de Syris et Israëlis intelligi, qui sibi in suis regibus complacabant, et regnum Iudea despiciabant, ea tamen sequuntur faciunt ut de ipsi Iudeis et cibis Jerusalem interpretari, qui fortè sui regis mores fastidientes ac non probantes, potentiamque adventantium regum considerantes, ac Deo diffidentes, novis rebus studebant et de ditione ac defensione cogitabant. De verbō maas, id est, fastidiendo rejecti, superiori capite dictum est. QUE VADUNT CUM SILENTIO. Id est, placidè fluentes. Hebr. eat idem est quod occultum, arcuatum, etc., cimique ad verbum adjungitur, fit adverbium; q. d., insensibiliter, id est, sine strepitu atque murmurū. Per canales enim deflebant, neque magnā copiā. Per quas quietos animos et pacis amicos et à bellicis tumultibus alienos intelligit Isaías. ET ASSUMPSIT MAGIS RESIN. In Hebreo non est verbum, sed legitur in formā nominis masos,

(1) Quia ANTEQUAM SCIAT PUER VOCARE PATREM SUM ET MATREM SUAM. Sciat, id est, possit quoad instrumenta naturalia loquendi, que in pueri paulatim per aetatem apta redditur et formantur ad loquendam. Sic dicitur quod claudus nescit ambulare. Sic dicimus, nescio hoc facere, id est, non possum, non valeo. Itaque locus hic non probat ignoranciam in Christo puer.

(Esielius.)

id est, gaudium; sed tanquam verbū est accipendum, id est, et gaudet cum Resin; a verbo sos, id est, affectum est gaudio, voluptatem et oblectationem habuit in animo; et non est gestus, sed effectus cordis et animi. Quid si sit infinitivus verbi maschach perfectè conjugati? id est, contractare, palpare; quasi tentarent inire foedera et amicitiam cum illis regibus, seu de ditione tractare (1).

VERS. 7. — ECCE DOMINES ADDUCET SUPER EOS. Respondet pena sceleri, ut experiantur impetum aquarum validissimarum qui lenes aquas contemperant; et exercitum multorum militum in suam perniciem conglobatorum, regemque virum belli cupidum ac truculentum, qui paucorum militum exercitum et regem pacis amicum præ fastidio abiciebant. His similes sunt qui regnum Iesu Christi contemperunt, qui pauperum, mansuetudine et patientiam piorum tanquam ignoravorum hominum commenti abominantur, nihil nisi divitias, elationem animi atque vindictæ studium suspicentes. Hi justum est inundatione aliquando superborum et gloria opprimantur, etc. Certe Aquæ Siloe (quod interpretatur Missus) mysterio servint, si Evangelium Joannis consulimus. Neque enim praefenda sunt aquae Damasci aquis Jordanis, quæ leprosus mundant; neque aquæ fluminum mundi, aquis illius qui missus est in salutem genitum. Nam qui in mansuetudine suscipiunt verbum, per verbum animorum salutem consequuntur, teste Apostolo. Mihi quoque non est dubium quin Isaías hoc loco preverdiat quā ratione moti Iudei in posterum tempus regnum Christi esset contemplari, volentes potius Cæsari servire quām pauperis Christi discipli fieri. Forte Atsumim, part. a verbo est atsum, quod propriè significat corroboratum, condensatum, compactum, consolidatum, compactum esse accessione, et iuxta proprietatem substanti vertendum est. UNIVERSAM GLORIAM. Ila vocat potentiam et robur exercitū, ob multitudinem, vires apparatumque bellicum, quæ regem maxima apud omnes auctoritate, gloriā gratiaque constituant. ALVEOS. Persistit in metaphora. Inundanti enim fluvii est aleuon omnes replere absque morā et absque ullo impedimento. Nomen autem Hebreum aphic est à verbo aphaph, quod in quartā tantum conjugatione reperiatur, coegerit seu compudiit se, compressit, coercuit se. Hinc nomen quod vim seu violentiam notat, et in plurali, quando dicitur de re, interdum de fluminibus ipsiis dicitur, ut Psal. 127, etc., interdum de alveis. SINES. A verbo gadad, quod excursionem, incursionem, seu irruptionem facere significat, deducit nomen gedoth plurale tantum, id est, excus.

(1) ISRE, scilicet Iuda. Aquas Silor. Chald.: Regum domini David, quietum ut aquæ Siloe. ASSUMPSIT. Alludit ad defectionem Israel a Judea; apparente hinc fuisse male factam, etis Deo permittente, et ordinante bene; vel potius sensus est: Quia populus Israel voluit dubius Resin et place destruere regnum Judæa, aliumque regem constitutere. Vide cap. 7. Forte etiam de populo Iudaico loquitur, qui ad illos reges videbatur defecisse, ut infra indicatur. Itaque dicit, populus iste, scilicet, Iudaicus.

(Emmanuel S.)

siones, irruptiones in terram, que flumina aut maria faciunt. Latini sinus appellant (1).

VERS. 8. — IBIT PER JUDAM. Vel mutabit se. Calaph nihil aliud quam mutare significat, aliquando activè, quando scilicet casum regit, aliquando neutraliter, ut supra 1, 18, et 1 Sam. 10, et Job. 4, etc. Lege lib. Regum, et 1 Par., c. 28, videbisque plures adventus Assyriorum in terram Israel. Et sub Ahaz legitur quod adduceret Domini Talgath Phalaras, qui affixit eum, et nullo resistente vastavit, neque ei profuerunt munera quæ ad ipsum misit. Mili itaque verisimile est quod cùm secundò Assyriis adversus decem tribus venisset, in Judæam quoque deflexerit, eamque depopulata fuerit. Et hoc est quo hic dicitur, mutabit se in Judam, ut intelligatur versus hic in universum de bello quod movere coepissent Assyrii adversus regnum Iudea, vastato jam regno decem tribum, non solū sub Ezechia, verum etiam sub Ahaz. Mutarunt ergo se verterunt Assyrii pondus bellū adversum regnum Iuda, et omnia occuparunt; tandemque sub Ezechia, caput ipsum, nempe civitatem Jerosolymitanam, expugnare coant sunt. Sed quia prævidit Propheta adventum Assyriorum adversus regnum Iuda, et qua in eo bello occiderunt, quemdam typum esse et umbram quā mysterium regni Dei adumbrare posset, quod commodiūs de Christi victoria, et propagatione et gloriā regni ejus verba faceret, et mentes auditorum ad ea quæ significare volebat excitaret, apostrophem facit ad ipsum Salvatorem: Implebant, inquit, ale, vel exercitus hostium regni Iude, totam terram tuam, o Emmanuel. Quæ verba cum exclamatione etiam nescio quid doloris præ se ferunt. Non enim poterat Propheta non dolere cùm ei in mente venientib; que populus ille passus esset ab hostiis: Tua, inquit, terra, o Emmanuel, latitudinem implebunt, te sciente atque vidente, etiam nobiscum sis. Verum prævidens Propheta quod neque tunc temporis Jerosolyma vastanda esset, neque ultimis temporibus prorsus esset ab hostiis defendi Iudei, quinimum tunc temporis prope Jerosolymam occidendi essent hostes, et in novissimis diebus reliquias sanctis subdituras esset Deus orbem, non potest se continuere quin exclamet, congregamini

(1) REGEM ASSYRIORUM, ET OMNEM GLORIAM EJUS. Gloria hic more Hebreo potest significare.

ET ASCENDENT SUPER OMNES RIVOS EJUS, ET FLUET SUPER UNIVERSAS RIPAS EJUS, etc. Perstet in comparatione magni et exundantis fluminis. Si Pompeius pleno Padius et tamen super aggerē tutus

Excavit ripas, et totas concutit agros,
Succubuit si quā telus, cumulunque furentem
Undarum non passa ruit, tum flamine toto
Transi, et ignots aperit sibi gurgite campos.

Horatius 6, 14:

Sic pleno Padius et tamen super aggerē tutus

Excavit ripas, et totas concutit agros,

Cum sovit, horrendamque cultis

Diluvium meditatur agri;

Ut barbarorum Claudius agmina

Ferrata vasto diruit impetu,

Primosque et extremos metenos

Stravit humum sine cæde vicer. (Grotius.)

Etiam iterum atque iterum accingamini, et ad præliandum, ut viri fortes, preparantii, corrueatis tamen et prosternemini. Quod si in præterito vertas, tanquam transacta commemorat que futura prævidebat, accincti sunt, et consernunt sunt.

VERS. 10. — INIT CONSILIJ. Verbum iauts per se initum consilium significat. Hebraismus ergo est: Consulte consilium, id est, magna deliberationibus statuite, consultate, quid factu vobis opus sit, sed nihil agitis. DISPARITER. Vel labefactabitur. Hæc est propriè significatio verbi phur in tertii: est autem hic passivum; opponitur enim verbo ekim, erexit, ratificavit. Vide Num. 50: Omne votum et omne iuramentum quod constringit ut affligatur anima, maritus ejus potest hoc ratificare, vel labefactare. Quæ verba quoque Paulus opposuit Rom. 5: Legem ergo irritam facimus per fidem? Absit: imo legem stabilimus. Inquit itaque Propheta: Neque consilium stabilit, neque sermo vester habebit extinu quem optatis; nihil vestra studia, nihil cogitationes adversus populum Dei efficiunt; est enim nobiscum Deus; nos tuebatur; res nostræ illi sunt curæ: frustra igitur conjuratis, et frustra laboratis. Jam incipit aperire Propheta nihil dannata-

tionis esse *iis qui sunt in Christo Jesu*, et quod nemo rapiet oves de manu ipsius, neque eos quos per divinam praedestinationem ei Pater tradiderit.

VERS. 11, 12, 15.—Hec enim ait DOMINUS, etc. (1). Quām obscurē hunc locum et vertam et interpretentur alii, considerabit prudens lector. Certe nos simplicissimam interpretationem afferemus, et servatā proprietate sermonis Hebraici christiane omnia interpretabimur. Irritos futuros conatus hostium adversus populum Dei versibus superioribus dixerat; tam gratiam ad Christum descendit, et se à Deo missum dicit Propheta ut impedimenta auferret que pravidebat futura in populo, ne illis temporibus à Deo protegerentur, et in futuri Christum Dominum non recipieren; unde futurum quoque erat ut perirent. Sic autem sermonem temperat ut cūque sunt sui temporis intermittere non videatur, qui tamen Scripturas legunt, manifestè intelligant altiora simul et majoris ponderis negotia cum mente volvere, et suis istis concisis verbis velando aperire. Dixi, inquit, quōd frustra populum Dei oppugnarent hostes; id est, frustra obserderent Jerusalem: non solum enim eam non caperent, verum illi ipsi interter: quo significabam in illa alterā horrendā tempestate quo novissimis temporibus futura est, non universos Israelitas interterritus. Hac, inquit, dicebam, *Quandoquidem Dominus māna sub illā fortī avertīt me, ne similes populo huic essemus ego et pueri mei, dicemus nobis: Ne dicatis, tu*

(1) *Jova* me, inquit, *quasi manu prehensus*, hoc est, seorsim et de re arcana, *allocutus* est, quasi ita diceret: *Quod vobis contra Assyrios salutem nato Emmanuelis promitto, intelligite non me de isto Emmanuelē tamquam aut de Sennacheribō loqui: nam futurus est aliis verus EMANUEL, hoc est, Messias servator et Deus inter vos habituarius, qui vos à longe gravioribus defendat periculis.* Quod si quantitas quo pacto possit is, cum venerit, agnoscam, dicam, sed obscure: Erit iugosodi ut eum populus iste sedditiosum dicat, fugendumque putet. Sed, vos mei, nolite cum populo sentire, aut vobis ab isto Messia *metuere*: potius metuete ne Messianam repudiante offendatis Iovam, qui Messiam miserit. *Ita autem* Messias erit sanctius quidem, et salutis eis à quibus agnosceatur: sed nulli eum non agnoscent, nisi per eum suā culpā peribunt. Quod dico oracula sunt, obscurum sanē et clausum, quippe à meis soli intelligendum. Ergo ego (inquit Isaias, et quibus piorum) *Iovan Messiam expectabo, qui ita venturus est ut Israelitas lateat*. Sed quo pacto eum agnoscent nisi discipiunt? Hoc pacto, inquit, *ecce me, et juvenes, etc.*; hoc est: Qui-dam erit qui juvenes discipulos habebit, *sibi attributos à Jordi*, cum quibus ostendit miraculata esse apud Israelitas. Ille agnosco Servatorem, et ei patreto. *Quid si qui vobis suscipierit Magos aut Apollonem consuleat, respondetote, debere suum cūque Deum consulit;* *Iovan vestrum esse Deum, itaque ab eo consilium perficiunt; nam absurdum esse pro vivis considerare mortuos;* id quod faciunt Magi. Eundum ad legem, hoc est, ad Mosis libros, in quibus sint de Christo oracula, cuius adventus silebit Apollo, obnubiles Pan, facientes errores. Itaque Magi illi et harioi deos ejusmodi consulerunt soliti, cīm viciebat oracula eis, *fīnam, Delphos, Dodonam, omnia silere, nihil usquam certi quid respondenteat esse, incertā dicent;* et ea difficultate trati et deos et reges detectabuntur suis, in quibus uīli sit eis prasidū. Vide Mich. 3. Erit igitur a Christo petenda doctrina, postquam ea alii nusquam invenientur. (Castalio.)

et filii tui, vos electi mei, ne dicatis: *Conjuratio, sic ut populus hic dicit;* de quācumque enim re dicit, conjuratio; et hoc verbum in ore eorum perpetuo est. Perterriti siquidem adventu hostium conventicula faciunt et inter se colloquuntur, neque aliud deliberaunt nisi de deditione facienda; conjurans adversus regem et civitatem. Vos ergo, electi mei, timorem eūs, id est, quod ille populus timet, ne timeatis, sed tantummodo Deum vestrum timete, et ad eius mandata exponite, etc. Sed verba examinēmus. *Eaudiū me. Et corripere me;* juxta punctuationem quam habent Biblia ita omnino dicendum est. *Iasas enim corripere est,* et dicitur sūp̄a disciplina quod factō et opere magis constat quām que verbo tantummodo: quid si puncta auferas, potest esse à verbo sur, id est, discedere, et in tertia auferre, avertere, etc. Sensus tamen idem est. *Conjuratio, Verbum haschar propriè ligare significat;* transfertur autem ad *animorum colligationem*; unde tunc Hebrew idem valet quod Latinum *conjurare, conspirare.* Inde nomen *kescher, conspiratio, conjuratio.* Et haec vel ut supra exposuit accipienda sunt, vel mores et ingenium eorum qui obessi valde timent exprimunt. Nam qui timore hostium premuntur suspicacissimi sunt et undequaque sibi metuent, scientes nihil perniciosus esse civitati obessa quām si intus sunt qui cum hostiis conspirent. Unde sibi accusations injestas et acceleratam damnationem multorum, qui saepē nihil hostile cogitant, audirimus et in historiis legimus. Quare planè et proprie arbitror me reddidisse, de quācumque re dices solet populus, etc. Nam is est futurum usus Hebrew frequentissimum. *Nr PAVEATIS, Aratē est exercere potentiam ac prævalezere.* Notanda tamen est quedam peculiaris Hebrew orpharis, quando scilicet construunt precedente negatione et sequente case auferendi cum propositione men, id est, à vel ab. Perinde enim est ac timore succumbere et vi illata cedere, Deut. 4 et 7, ubi quoque Vulgatus ita reddit. Vide infra e. 29, 25. Eadem hic significacionem habet etiam absque mem. *TIMORE EJUS, Relativum masculinum;* et nomine *conjuratio* etiam masculinum est; unde ad *conjurationem* potest referri, si que de conspiratione duorum regum, Syrie videlect et israelis, adversus Iudeah præcesserunt, de hac quoque dicta quisquam velit accipere, quasi de nullā re alia loquerentur quām de illorum regno inter se fodere; de quo cūm audissent, superius dixisse, *futurum Iehovam in lapidem offensionis plurimis ex utrāque domo Israel,* id est, ex utroque regno, addidit, in laqueum habitatoribus Jerusalem, quod isti et diuiores fuerunt et magis rebellis, gravis castoris adversus Dominum conjurantes, neque aliud diu noctuque cogitantes quām quo modo eum perderent; quapropter et graviora eos passos fuisse narrant et sacre et profana historia. *Offensionis. Vel consternationis.* Negeph enim propriè significat quamlibet constringationem que fit cum impetu et impulsione; de qua infra 19, ita ut *lapidem* plague hic dicere possumus.

VERS. 15. — *IMPINGENT IN EA.* Videlicet in lapidem et laqueos; et plurimi cadent, tam qui in lapidem impingerint, quām qui in laqueum incidenter. Frangentur autem qui in lapidem; et illaqueantur et capientur qui in laqueum. Per hac autem significantur gravissima flagitia in qua prolapsi sunt infideles Iudei cūm noluisse per Christum sanctificari; necnon ingentes calamitates quas experti sunt propter ipsa scelerā quae Dominus etiam significavit in Evangelio quando diebat quid qui ex eis impegerint in illam lapidem, ab ipsis reprobatum, à Deo autem electum, confringentur; su-

per quos autem lapis caderet, communuerentur. Et haec est eorum sors et hæreditas qui oblatam per Filium Dei salutem respūnt, et Deo non credunt, et ab eo veluti conjurantes deficitur. A quorum viā Deus abstraxit Isaiam, ne illāc incidere; à quā longè sit anima mea.

VERS. 16. — *LIGA TESTIMONIUM.* Prophetam hanc de ruina Iudeorum et reliquis servandis, cum testimonio illorum testium quos supra dicit se adhibuisse, jubet Dominus ut concitat, constringat atque obsignet; sicut Dan. 12: *Claude verba,* id est, tege, absconde, enigmatische efferas, etc., nimis significans intelligi non posse nisi ab his qui sum divinitus edocit. *Mysterium hoc abscinditū fuit à seculo, et per Apostolos patefactum est;* atque hujus revelationis dicit se Paulus ministrum esse. Nam vocatio gentium hic includitur. Si enim Iudei repellendi erant, et pauci tantum servandi, necesse erat aliunde advenirent qui in semini Abrahæ consenserent, ut adimpleretur promissio Domini: *Sic erit semen tuum, sicut arena maris,* etc. Vide Paulum ad Eph. 5, ibique hujus versiū interpretationem invenies. Possum *testimonium et constitutio, seu doctrina,* vel *lex hic pro eodem accipi,* vel *testimonium ad testes illos referendum est de quibus supra v. 2. IN DISCIPULIS MEIS.* Vel in doctos meos. *Limid enim doctus seu assuetus est,* infra 54: *Omaes filios tuos doctos Jehovā,* id est, à Jēhovā. Possum quoque hæc absolutè et generice accipi pro tota prophétia et toto veteri Instrumento; ut sit idem quod supra: *Exæcta cor populi hujus,* id est, exerceandos prædic: *Conclude prophetias, et obsigna legem seu testamentum,* id est: Seito populo huic obsignatum esse librum, neque intellectuos quid dicas, aut quid Deus velit: *Velamen enim super cor eorum positum est.*

VERS. 17. — *ET EXPECTABO.* Vel *inhabiabo.* Hoc propriè significat verbum *cacah.* Plus enim quām verbum *expectandi* notat. Hoc verbo utitur Habacuch 2: *Inhabiabo ad illum, quoniam veniens veniet, et non tardabit.* Quem locum adducens Paulus ad Hebr. 40 verbum redditum nomine *ταπεινός,* quod non simplicem sonat patientiam quā toleramus mala, sed patientem expectationem, ut cūm spē premiū duramus in malis, et nos rebus melioribus servamus. *Sustinentem* dicere possumus, vel, ut Cicero, *sustentationem,* cuius contrarium est nomen *ταπεινός,* id est, *subtractionis seu detractionis.* Ad eandem obedientiam quoque facit verbum *cacah,* quod spē cum desiderio et intentione et gestu avide *expectantiam* nota, ut supra 5, 2, dictum est. Hūc quoque facit illud quod Hebrew obdientiae est, adsum, prestō sum ad quodvis paratus. Prophetæ ergo Isaias, ut erat erga Deum valde pius, et in gentem suam hanc vulgari studio propensus, audiens à Deo quid adveniens Dei Filius non universum Israelitum servaret, quinimò esset in ruinā plurimorum, intelligensque vastandam illam rempublicam ob infidelitatem Iudeorum, ac paucos tantum salutem consecuturos, vastationisque symbolum esse nomen illud quod filio Dominus præcepisset imponi, *Hasraz,* id est, *acceleratum spolium,* sicut

et servandorum alterum illud SEAR JASUR, id est, reliquie convertentur, vidensque velle Dominum hanc prophetiam manere obscuram, neque intelligendam nisi Apostolorum tempore, in has voces obedientiae et fidei et ingentis pietatis prorumpit. Quidquid Dominus faciat, ego ad ipsum inhiabo, ab ipso pendebo, totumque me ipsi committam: qui sicut abscondit faciem suam à domo Jacob, quasi ipsam detestatus et abominatus, ita me quoque coram scelere et poena involi sine potuisse; servavit autem suā illā bonitate: justitia igitur in eō qui cadent, et bonitatis in me, quem fortī manū tenuit, contemplatione suspensus, intentis oculis in ipsum spectabat, si fortē aliorum quoque misereatur aliquando, aut mihi aliiquid injungat quod dicat, aut faciat, aut patiar.

VERS. 18. — Ecce ego, etc. (1) Jam dixi obedientiae esse vocem, quam passim in Scripturis invenies. Paulus ad Hebreos has tamquam verba Christi accipit. Fuit enim Isaia figura Christi, tam sūa hic obedientia et omnimoda subjectione, quam filii isti. Nam reliqua illae que reverse sunt ad conversum ad Deum, Apostoli Domini fuerunt et discipuli ejus, qui ex incendo illo servati sunt in qua ceteri brevi tempore sunt absumpiti. Cū ergo sub Christo Dominus et Iudei perierint et pauci fuerint servi (que duo nomina illa filiorum Isaiae portabant), merito Paulus verba haec Christo Domino accommodavit; quinimò in Isaia in personā obedientissimi Jesu Christi dirisse videatur, qui fecit sicut ei injunctum fuerat a Patre. In SIGNUM ET IN PONTENTUM. Nomen mopheth est à verbo iaphah, id est, formosum, venustum, elegans factum, et altexit ad expicendum, etc. Inde nomen, quod nomine prodigii seu portenti non male veritur, contraria significacione dicitur, quasi men sī privatum; iephah enim venustas seu formositas est. Summan omnium que hacten dixit Isaia, et omnium ferè que dicturus est, illis duobus nominibus filiorum suorum comprehendit. In hoc enim totus Isaia versatur, ut affectionem Iudeorum et salutem reliquorum, que quasi fidei seminaria futura erant in universo mundo, exponat. AB JEHOWA. Quoties haec phrasis in Scripturis occurrerit: Dedit mihi Dominus à Domino; Fecit Jehova ab Jehovā; Pluit Jehova ab Jehovā, etc., intellige singularem Dei providentiam super eā re, et opus aliquod magni ponderis quod Domini singulari consilio octoocuto judicio perpetrat.

(1) Ecce me et liberos quos dedit mihi Dominus, Rabbin in Genesim, sect. 41: Quinam erant eius liberi? an non erant illiū discipuli? Sed docet eos illiū charos fuisse, non secis ac si fuisse illiū liberi. Et Prophetarum quidem discipuli, quos etiam subinde Spiritus propheticus afflabat, dicebantur peculiariter filii Prophetarum, sed hic videtur designari, non tantum huiusmodi discipuli, sed et pīe familiæ, que cum abhorrent à corruptili illius seculi, imprimis autem ab idolatria, frequentes erant in Isaia coniata, eoque nomine reliqui erant invisi, et despiciuti, veluti portenta quaedam et xab̄z̄p̄z̄z̄, majoribus hostiis expienda, cum ipso Propheta, quomodo nunc quoque multis in locis optimi Christiani.

(Jacobus Cappellus.)

QUI HABITAT IN MONTE ... Epitheton est Dei in Scripturis; ibi enim et celebatur et sua praesentia signa evidenter dabant: indē responsa prodibant; eratque templum illi veluti quadam Dei regia in terra, ut supra cap. 6 dictum est.

VERS. 19. — QUERITE. Versus superior et 17 quasi per parenthesim legendi sunt. Conjugenda ergo sunt haec cum v. 16, vel ite ad sciscitandum, vel eantes sciscitamus; sic enim per duo verba reddendum est unum Hebraum darash, quando construir cum propositione el vel tamed, ut hoc loco: de quo elegante Hebreorum phras supra dictum est cap. 7, vers. 6. PYTHONIUS. Ob vox est haud dubie peregrina, et quantum ex locis Scriptura in quibus reperitur et eorum circumstantiae conjicetur, est spiritus in septeris mortuorum et locis subterraneis qui rogatus voce stridulus respondet; deinde etiam ejusmodi sciicator, qui taliter artem exercet, atque etiam umbras et manes evocat, illo nomine dicitur, sive vir sive femina. Vide infra 29. Porro haec vox aboth, Job. 51, utra significat: Ecce venter meus est sicut vimus non apertum; sicut utres novi, ita rumpet. Ex quo loo quidam non leviter conjecturā arbitrantur pythones ab uthribus dici, quid qui tali spiritu afflati erant, ore clauso, ex ventre perinde ac si ex utre suo lagunam, nequid ad diem pertinet, de quo Paulus: Nos precessit, dies appropinquit. Numerus pluralis cum relativi singulare distributionem importat Hebreis. Post et illud, si non, esse jurantis; et sensu erit: Dispaream si non iuxta verbum hoc dictum sunt infideles; nempe: Ita scisicaturi pythones, etc., cui dicto nullus inest, quinimò densissima tenebra; vel potius: Dispaream si non dicti sunt iuxta verbum hoc, nempe quid non sit illi lux seu aurora, id est, quid nihil lucis à Deo accipiunt, ac proprie velint querere à pythones; quemadmodum de Siale legimus, quid, cū illi non responset Dominus per sacerdotess neque Prophetas, ad pythonsiam seu contulerit. Hoc autem et que sequuntur explicant statum illum rerum in Iudea, quando scilicet impegerant Iudei in lapidem Christum. Tunc enim ablati est illi lux, et quod se verterent nesciebant; tunc Scripturas habentes ac si non haberent, coparent veritatem aliunde quærere. Itaque querera à pythones figurat dictum arbitrari, ut scilicet significaret propheta quam destitueri verā scientiam esset et Scripturam intelligentiam post offensionem illam, simulque insinuaret angustiam animorum in ultimā illā vastatione Iudea, quam sequentibus verbis satis aperte describere Propheta videbitur; modò non consulat lector hoc in loco aut similibus eis qui luce destituti sunt et somnia sectantur, nempe Rabbini.

VERS. 20. — ET TRANSIT PER EAM. Relativum est absque antecedente; sed quod facile lector ex contextu et versu sequenti potest supplicere. Est enim sermo de Judeo cujus habitatores offendierunt ad lapidem: post quam offensionem et luce interna destituti et regno externo privati sunt. Quām horrora autem manserit provincia illa atque deserta, his figuris explicat propheta. Verum si cui durum videatur (ut mihi quoque videatur) hoc antecedente supplicere, dicat pronomen eam referre legem, vel neutraliter sumptum illud totum quod eis ab electis et Apostolis dicebatur, ut scilicet consulerent legum et Prophetarum testimonia: Per hoc, inquit, transibunt, id est, nihil haec curabunt, sed indurati seu obstinati exscrababunt Regem suum, nempe Messiam, et Deum suum, quid scilicet populum suum ita dereliquerit, etc. CORRUET.

Verbum caschah, cuius passivum non legitur, nisi hoc loco participium, significat perplexum, implicatum, rigidum esse, ut non faciliter solvatur, aut explicari, aut tractari et flecti possit; inde nikescheth, induratus, id est, qui dura patitur. Inquit ergo: Qui per eam provinciam transierit (potes enim verū: Et transiens per eam erit induratus) ob desolationem et vastitatem dura patietur, non hospita, non ubi pernoctet inventus; unde etiam fame laborabit. Inediā autem labores faciliter ad iram excitantur. Quare viatores illi in hospitalitate et fame exacerbantur, et ira succedit, vibrabat in regem et in deos suos. Haec figurat ingenitam vastationem significant. Quod mox apertius dicit: Sive in celum oculos converterit, sive in terram aspicerit, id est, quicunque se veritati qui per Iudeam transierit, tristia omnia et afflictione plena reperiit.

VERS. 22. — DISSOLUTIO. Ego aduersus. Vox Hebreas meip̄ variè redditur, et quidem verbum Oph non dubium quin volare significet. Quidam autem significatio contraria etiam defatigationem significare: quod non prob. Sed ab avibus transferunt ad commotionem laterum frequentem, que frequenter respiratio fit; quod quia fatigatis accidit, videtur accipi posse pro fatigazione. Quare malum hoc loco propriam significacionem retinere, que sequentibus congruit. Nam Scriptura more suo idem mox aliis verbis repeat. Idem enim est angustia et obscuritas aduersus et quod mox sequitur, pressura et caligo irruens. ANGSTIA, vel pressura tsach, à verbo tsoc, id est, cogit, impedit, compulit coartavit, pressit. PRESQUENS, vel irruens. Menudac participium est secundus conjug. à verbo nadac, quod impellere significat. Caligo ergo impulsa dicitur que seipsam videatur propellere cum diffunditur. Non rotterit avolare. Vel non fiet avolare, vel ut avoleat. Sic reddendam vocem muaph existimo, que est participium significacionis passiva, tertius conjug. à verbo oph, de quo paulo ante, ut Dan. 9: Factus volare. Credo mutscas esse participium in tertii à verbo iatsac, id est, fuit, effudit, etc. Caligo ergo que superfus est ei terra, non fiet ut avoleat, id est, non effugabitur, non evanescet, sed perdurabit et perpetua erit. Adhuc enim datur, et in tenebris degunt tam corporalibus quam spiritualibus. Volumen namque super cor eorum positum est, et vivunt abique regno, rego et sacerdote, etc. Quid ali de his vocibus sentiant apud ipsos videbiles. Certè interpretationem quam attuli neque ipsi Rabbini poterunt infringere, neque etiam Vulgatam, que ferè candem sentimentum continet. Hic locus insignis et valde conspicuus est adversus Iudeos, quem eorum magistri, ut caci et veritatis hostes, ita detorquent et ad eo obsecrant, ut quid sentiant, neque qui eos sequuntur ex nostris, vix diligens lector possit percipere. Distinctionem quoque vulg. Interpretis veram et germanam esse sentio; coiūs nolo aliam confirmationem quād aliorum interpretum angustias et nimis implicas interpretationes.